

populi ac seniores

lxxxvii

non delet. nequaquam priori sententiae contrarium est. in qua pro populo  
 deprecatur patrem; sed postquam datum tempus penitentiae praeterit. &  
 illi in suo scelere perseverant. non tam pro se puniunt quam populus. Ne mul-  
 tum peccatum exleris noceat exemplo. Quodque inferi fuerit inpingen-  
 tes siue corruentes in conspectu tuo. illius iuxta & petri apostoli simi-  
 le est; & inpingetis sicut in lapidem offensionis & periculi scandali.  
 Cuius & in psalmis propheta meminit; Lapidem quem reprobaeuerunt adifi-  
 cantes. hic factus est in caput anguli. Ad no factum est hoc; haec dicit  
 dñs; Uade & sume lagunculam figuli testeam. & desemiorib; populi  
 ac desemiorib; sacerdotum. & egredere ad uallē filii enom.  
 quae est iuxta introitum porte ficulis. siue char sith. & predicabis  
 siue clamabis. uel leges ibi uerba quae ego loquar ad te. & dices; Audite  
 uerbum dñi reges iuda. & habitatores hierusalem; Pro laguncula  
 figuli quae hebraeae dicitur. hoc uoc. lxx. doliolum transulerunt;  
 & pro porta ficuli. aquila symmachus. & theodoto. ipsum uerbum  
 posuerunt hebraicum. harsith. pro quo lxx. iuxta uocem suam  
 pro adspiratione bith litterae. addiderunt. chi. grecum. ut dice-  
 rent. char sith. pro harsith. sicut illud est pro. hebron.  
 chebron. & pro hiericho. hiericho. uult autem scriptura  
 diuina non solum auribus doceri populum; sed & oculis; Magis  
 enim ut iam diximus mente retinetur. quod uisu quam quod au-  
 ditu ad animam peruenit. Tolle inquit lagunculam siue doli-  
 lum testeam. & desemioribus populi ac sacerdotum. & egredere  
 ad uallē filii enom. de quo supra diximus ubi erat delubrum.

